22 1359 ~~1327~~

Feria tertia post Dominicam Quadragesimalem Oculi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo secundo.

5/III 1652

Maytkowski consti reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Nobilis Wasko Maytkowski Jankowicz, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis propriis et competen[tibus] recedendo, praesenti autem Iurisdictioni Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] se suosque Successoribus ac bonis suis quibuscumque omnibus totaliter et plenarie Subijcien[s] et incorporando palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Marinae Stoneski ... Lobas filiae suae vero recognoscentis consorti eiusque Posteris summam quinquaginta floren[orum] Polon[icalium] ratione bonorum ... post ipsam accepta et in domum suam importata nec non aliam similem summam quinquaginta floren[orum] Polon[icalium] ratione certi veri iusti liquidique dotalicij in et super tota et integra medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis peccuniarium nunc habitarum et in post habendarum dedit donavit inscripsit et reformavit prout praesentibus dat donat dotalicat inscribit et reformat. Quam quidem medietatem omnium bonorum summarumque quarumvis peccuniarium eadem Nobilis Consors sua cum omni communi iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus emolumentisque quibusvis tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice utifruetur more etiam reformationum in Regno hoc observari solitarum hac praesenti recognitione ad praemissa mediante.

Ligeza in rem Kozminskiego roborat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus]